



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Imago saeculi XVII. ad annum huius saeculi X. producta**

**Neuhusii Paderbornae, 1710**

Annus 1629.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29436**

nat. de Lojola in æde D. Michaëlis Monachii, præsentibus plurimis, repente convalluit. Miraculum publicis tabulis Episcopi Frisingensis est approbatum. *Annales Boici.*

*ANNUS 1629.*

**S**anctorum numerum auxit hoc anno Andreas Corsinus Florentinus Carmelita, & Episcopus Fesulanus. Beatis quoque indigetibus adscriptus Cajetanus Thienæus, alter Theatinorum conditor.

Imperator confecta pace cum Dano promulgat edictum de restituendis Ecclesiarum possessionibus post transactionem Passaviensem occupatis, cujus executio in variis locis Germaniæ urgetur, non sine magnis difficultatibus, & malè ominosis turbis.

Magdeburgum rebellis & pertinax civitas obsidione cingitur à Fridlando, sed eventu irritò.

Gustavo Regi Sueciæ subduntur faces à legato magni Regis in Europa, sub, nescio, quo prætextu politico vindicandæ libertatis Germanicæ ad bellum inferendum Cæsari, ejusque fœderatis.

Tentatis frustra mediis lenioribus ad pacandam rem Mantuanam sine turbis, devenitur hoc anno ad arma. Pro Duce Niver-  
nensi

nenſi auxiliares venêre copiæ Franciæ 40 millium. Contra Ducem è diverſo moverunt infeſtis ſignis cum Hiſpanis Cæſariani, à quibus occupatis brevi tempore ducatûs locis firmioribus, captiſque adeo ipſis ſuburbiiſ S. Georgii ad Mantuam, cæpit ipſa urbs coronâ cingi, excitatiſ hinc inde propugnaculiſ ad præcludendum aditum excurrentibus.

Coacta eſt hoc anno ſe dedere Hollandiſ poſt quatuor menſium oppugnationem deſiciente pulvere tormentario ſylva-Ducis, inter præcipuas Brabantiæ civitates natura & arte egregiè munita. Eiſdem paulò poſt ceſſit Veſalia in Clivia, quâ proditione civium, quâ Gubernatoriſ ſomnolentiâ, quam capite poſtea luit Antwerpia.

Viennæ in captivitate, quæ ipſi peperit libertatem filiorum Dei, ad fidem Orthodoxam converſus Rupertus Comes Palatinus filius Friderici olim ſeptemviri, qui ſe Regem Bohemiæ ſcripſit.

*ANNUS 1630.*

**I**N comitio Ratiſbonenſi repetuntur veteres querelæ adverſus Fridlandum, & militum inſolentiam, gravesque exactiones. Unde illicò exauthoratur Fridlandus, ju-